



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitatio Ethica De Virtute Heroica Et Semivirtutibus

Weiss, Johann
Schmoll, Wilhelm Bernhard

Giessæ Hassorvm, 1664

XI. Heroes impingentes graviter impingunt & hallucinantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35917

pract. de virt. her. th. 12. p. 492. Wendelin. l. c. c. 3. quæst. 9. p. 152. seq.

IX. *Virtus heroica in utrumque cadit sexum*

Non ergo viri tantum sunt subjectum virtutis heroicæ, sed & *fœminæ*, quæ non minus, quàm illi capaces sunt impetûs divini extraordinarii, cui tam facile est, ad hanc virtutis ἀρετὴν educere fœminam, quàm virum: etiam si hoc concedendum, quòd non adeò frequenter, aut tanto cum splendore reperitur in fœminis, quàm in viris. Lips. in polit. lib. 2. c. 3. Piccol. l. c. 10. p. 546. seq. Wendelin. l. c. quæst. 6. p. 150. seq. Geilfus. Eth. exerc. 16. num. 15. p. 178. seq. Vernul. Instit. Mor. lib. 3. tit. 7. c. 3 p. 172. Crüger. hort. virt. quæst. 90. p. 249. seqq.

X. *Virtus heroica non cadit in pueros.*

Non loquimur de indole heroicâ, quæ maturè se prodit, & radios excellentiæ de se spargit; sed de perfectâ virtute heroica, quæ, (nisi extra ordinem per absolutam suam potentiam hic agere Deus velit) in hac ætatu tantum est δι' ἐλπίδα. Nic. Hunn. exercit. ethic. 10. thes. 10 pag. 212. seq.

XI. *Heroës impingentes graviter impingunt & hallucinantur.*

Quamvis enim lapsus in se & ratione sui non semper & ubique sit gravior, quàm aliorum; iudicium tamen hominum plerumque ita comparatum est, ut peccati qualitatem non ex ipsius facti naturâ, sed ex peccantis dignitate æstimet. Sagitt. l. c. th. 3 p. 402. seq.

XII. *He-*